



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XXXIX. Laus diffidentiae propriae, eiusque vtilitates.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

Israel ad duo millia viri. & facta est fuga magna in populo, quia non audierunt Iudam & fratres eius, existimantes fortiter se facturos. Ita nobis accidit, cum absque consilio caecoque impetu in desideria nostra tuimus; meritaque damus poenas temeritatis, quod ab eo consilium auxiliumque minime postulemus, sine quo hostes, siue corporales, siue spirituales, nullo modo vincere possumus.

## C A P. XXXIX.

*Laus diffidentiae propriae, eiusque utilitates.*

231. **D**iximus de praesumptione tacita: vult enim Dominus ut non tantum re ipsa <sup>Maximam vim spei pane in sui diffidentiae consistere, probatur 1. ex Scriptura.</sup> scientes & volentes non praesumamus de nobis, sed ne dissimulanter quidem; imo ut plane diffidamus de viribus nostris. In hoc maxima virtutis huius consistit; quod è litteris sacris colligimus manifeste.

Iosaphat enim fortissimos aduersarios Moabitae & Ammonitae devicit, hac precatione <sup>I. 2 Paral. 20.</sup> praemissa: *In nobis quidem non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, quae irruit super nos; sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Placuit Domino diffidentia illa Iosaphat, eiusque orationem exaudiuit: atque hostes, in semetipsum conuersi, ingenti miraculo mutuis conciderunt vulneribus.*

2. Cum Afa Rex Iuda, diffideret se posse idola  
*Psal. 15.* quae antecessores sui erexerant, destruere, time-  
 ret de cetero Dominum; egregie excelsore  
 nimo praestitit officium illud, animatus veteris  
 Prophetæ Azariæ dicentis: *Confortamini vos, et  
 non dissoluantur manus vestrae: erit enim merces vestra  
 vestro.*

3. Monet etiam nos Sapiens: *Humiliare Dominum  
 Eccl. 13.* *expecta manus eius.* Qui enim indiget ope  
 que alterius, necesse est ut eam demisse possit  
 quod si fecerit, manum illius experietur  
 tricem: quanto magis si Dei, tanti Domini,  
 Regis, opera opeque indigeamus!

4. Idem pæne Regius Prophetæ. *Sperem, inquit,  
 Psal. 9.* *in te, qui nouerunt nomen tuum; quoniam non desinunt  
 quæsi quærentes te, Domine.*

2. *Ex Patribus.* Huc accedit sanctorum Patrum auctoritas  
 qui statuunt nec tentationes posse superare, nec  
 quemquam ad PERFECTIONEM posse per-  
 tingere, sine hac præuia scientia & Præuidentia  
 propria. Cassianus in hoc genere  
 prime versatus, *aiunt, inquit, (Patres scilicet)*

1. *non posse ad purum quempiam carnalibus vitis carere  
 Lib. de in- stit. renun- tiant c. 13.* *dari, nisi vniuersum laborem suum ad que conatum  
 c. 23.* *tanta PERFECTIIONIS finem intellexerit non  
 posse sufficere, nec eam nisi miseratione Dei & adiutorio  
 comprehendere.*

2. Idem docet Richardus à S. Victore: *Impo-  
 Li in Can. bile est quempiam de seipso triumphare posse, donec ex-  
 ca. 21.* *perimento didicerit propria virtute se non posse obin-  
 re triumphum. Addit præterea: Quantum fideles de  
 se diffidunt, tantum in animo spei adiutorio confidunt.*

quantum de se infirmantur, tantum fortes sunt & contentes in Deo.

Idem D. Augustinus confirmat: Nemo de corde suo presumat, quando profert sermonem; nemo de viribus suis confidat, quando suffert tentationem: quia & ut bene & prudenter loquamur, à Deo est, non nostra sapientia; & ut mala fortiter perferamus, ab illo est, non nostra patientia. Cassiodorus in eandem sententiam explicans illud Psalmi, Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra, ait: Magna contra diabolum arma sunt, in suis viribus fiduciam non habere, sed Deum rogare, qui aduersarium possit opprimere.

3.  
Serm. de S. Vincentio.

Psal. 43.

D. Gregorius explicans illa verba Iob, Si putavi aurum robur meum, & obryzo dixi, Fiducia mea: solutus sum super multis diuitiis meis, & quia plerumque reperit manus mea: Sanctus vir, ait, nec aurum robur, nec sibi esse obryzum (id est, rudis auri molem) fiduciam credidit: quia spem ac delectationem suam in solius gratis Conditoris fixit. Quasi in aquis defluentibus fundamentum ponere est, in rebus labentibus spei fiduciam velle solidare: stante enim in perpetuum Deo, transeunt omnia. Prius itaque curandum est ne quis temporalia diligat; ac deinde, ne in inuisibilem temporalibus, que non ad delectationem sibi, sed ad usum retinet, fiduciam ponat: quoniam coniunctus decurrentibus, mox statum suum animus perdit.

4.  
Li. 22. Moral. c. 2. in c. 31. Iob.

Huc accedit præclarum Serapionis dictum apud Cassianum, qui volebat passionis oppugnantis extinctionem à seruo Dei sibi diffidente spiritualiter & iugiter esse poscendam. Impossibile

5.  
Collat. 5. c.



namq; est, ait, de qualibet passione triumphum quam-  
piam promereri, priusquam intellexerit industria  
labore proprio victoriam certaminis semet obtinere  
non posse: cum, vt valeat emundari, necesse sit  
diu noctuque in omni cura & sollicitudine perma-  
nere.

3. Probatur  
rationib.

1.

232. His ratio suffragatur. etenim gloria om-  
nium bene gestorum & eventuum vni Deo de-  
betur, vtpote bonorum omnium auctori, vnde  
igitur, vt ij, qui aliquid agunt, ad se accedant, se  
se adiutorem auctoremque agnoscant, vt poti-  
us rei successum non sibi adscribant, sed gratias  
Deo referant, gloriamque eius prædicent, quod  
id fieri non poterit, nisi nos agnoscamus re-  
bus deesse vires & facultates, diffisque deus  
ad ipsum auxilij gratia recurramus: necessitas  
est ergo nostri diffidentia ad rem bene geren-  
dam.

2.

Accedit, tum demum Dei virtutem elucere,  
cum, deficientibus humanis præsiidiis, res ar-  
duas ac maxime difficiles diuinitus instrui-  
peramus: vbi enim humana desunt, ibi demum  
adesse solent diuina præsidia; si modo tamen  
nos indigere cognoscamus, & de viribus nos-  
tris diffidamus, in quo genere delectari Domi-  
nus videtur, & occasiones quarere, cum ad vir-  
tutis suæ illustrationem, tum ad superbos de-  
primendos; qui, virtute sua confisi, ab exiguo  
hominum numero aut exilibus viribus profligantur.

Gedeon.  
Iudic. 3.

Vnde cum Gedeon magno exercitu bellum  
pararet, Dominus, *Muleus*, ait, *tecum est populus, nec*  
*trade-*

radetur Madian in manus eius, ne gloriatur contra  
 ne Israel, & dicat, Meis viribus liberatus sum. Itaque  
 recentis hominibus Madianitas, Amalecitas,  
 & omnes Orientales populos vt locustarum  
 multitudinem, Camelos quoque innumerabi-  
 les sicut arenam quæ iacet in litore maris, Ge-  
 deon territos vertit in fugam, immisitque Do-  
 minus gladium in omnibus castris, & mutua se-  
 cæde trucidarunt.

Idem Dauidi accidit; qui processurus contra *David.*  
 Goliath, arma Saulis nobilissima reiecit, adfe- *1. Reg. 17.*  
 rens tantum baculum & fundam contra fortis-  
 simum immanemque gigantem, omni ex parte  
 armis munitum: maiorque inde gloria Deo e-  
 merfit, quam si armatus vnde quaque proces-  
 sisset. hinc Philisthæo improperauit Dauid: Tu  
 venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem  
 venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agmi-  
 num Israel, quibus exprobrasti hodie, & dabit te Do-  
 minus in manu mea.

Benadad Rex Syriæ, congregato exercitu, a- *Achab.*  
 scitis deinde triginta Regibus in auxilium, cum *3. Reg. 20.*  
 incredibili equorum & curruum numero, Sa-  
 mariam obsedit, Achab regnante; cui Benadad  
 amarissime exprobrabat imbecillitatem. Pri-  
 mo prælio superbus Benadad fulus fugatusque  
 est per pueros Principum prouincialium, euer-  
 sis curribus ac equitibus: Syriamq; Achab, ma-  
 nu Dei fretus, plaga magna percussit: altero  
 prælio ceciderunt de Syris centum-millia  
 hominum vno die: ceteri fugerunt in A-  
 phec, cuius murus decidens viginti-se-

*Apostoli  
duodecim.*

piem alia hominum millia oppressit.  
Miranda sunt hæc, & incredib. liter De  
gnitudinem, potentiam, gloriamque illust  
sed multo magis, quod per duodecim homin  
humiles, ignaros, ignobiles, elingues, regu  
principatus mundi, ac potestates Cruc  
subiecerit, Crucisque prædicatione, notam  
l'gionem in vniuersum orbem inuexerit, dz  
num potentiam subiugarit. Esto enim, gl  
sum sit, Deum Maiestatis orbem virtut  
quater, exercitus debellare; Dei hoc op  
ac virtus: sed per imbecilles imbellesque  
culos, Dei virtute instructos, viribus man  
exuere, sub Crucem ( *Iudais quidem stantiam  
Gentibus autem stultitiam* ) quasi sub  
mittere, diuinæque legi subdere, ignom  
sius in aduersariis est, Numini vero glori  
quam si per se quidlibet maxime gloriosum  
traret.

*1. Cor. 1.*

Hanc vincendi agendi que rationem D. Pau  
lus mirandum in modum extollit, scribens  
Corinthios. *Videte, ait, vocationem vestram  
tres: quia non multi sapientes secundum carnem,  
multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stultitia  
mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & quæ  
mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ea quæ  
sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt non gloriatur  
caro in conspectu eius: & qui gloriatur, in Domino  
rietur. & paulo ante: Verbum Crucis percuntibus  
dem stultitia est: illi autem qui salui sunt, id est, nobis  
Dei virtus est. Hanc vero virtutem atq; auxiliamur  
à nobis excludimus, dum viribus nostris nimirum*

*Ibidem.*

confidimus : nec facile Deus superbo atque arroganti thesauros gloriæ suæ aperiet, atque virtutem hanc aliasque gratias communicabit crederetque.

333. Huc facit, quod nonnulli arbitrati cor- *3. Ratio.*

porcas quidem commoditates à Deo mortalibus concedi, noluerunt tamen id de virtutibus fieri ; rati quemque virtutis suæ esse auctorem, ideoque singulos pro benemeritis laudandos esse. ira enim ex sapientibus quidam. Atque hoc quidem, inquit, omnes mortales sic habent, externas commoditates, vineta, segetes, oliueta, vbertatem frugum & fructuum, omnem denique commoditatem prosperitatemque vitæ à Diis se habere : virtutem autem nemo vmquam acceptam Deo retulit : nimirum recte : propter virtutem enim iure laudamur, & in virtute certe gloriamur : quod non contingeret, si donum à Deo, non a nobis, haberemus. Male & ad insipientiam sibi Philosophus hic ratiocinatur. Laudatur quidem homo propter virtutem : sed (quæso) à quo habet ipse virtutem ? mentis cæcitate atque ignorantia multa prætermittit. Veram virtutis naturam ignorat, qui fidem ignorat : quid mirum, si sapientes isti, qui, etsi Deum lumine naturali cognouerint, euauerunt tamen in cogitationibus suis, in errorum scel etumque præcipitia inciderint, cum & ipsi Christiani, quamuis Deum auctorem rerum omnium esse fateantur, sic tamen vivant, ac si Deum ignorarent ? Laudandus ergo Deus est, quod auctor sit naturæ cuiusque, quam vel initio creauit, vel in tempore è causis secundis eduxit :  
nemo

*Cic. li. 3. de  
nat. Deorum.*



nemo enim de origine productioneque si-  
 test gloriari: facultates habet à Deo, animam  
 nihilo conditam. Ignorabant Philosophi  
 cursum Dei specialem cum causis secundis in  
 omnibus actionibus naturalibus: multo magis  
 in supernaturalibus. ignorauerunt illi: debent  
 Christianos ignorare; & si non ignorent, non  
 recordari, nec gratitudinem exhibere. Cum ergo  
 ergo constet hominem in rebus naturalibus & su-  
 pernaturalibus sic Dei cooperatione ac  
 auxilio indigere, ut sine eo ne mouere quidem  
 quam aut cogitare possit; nonne merito in  
 omnibus de viribus suis diffidere quisque potest,  
 praesertim in rebus agendis grauioribus, ubi  
 tentatio molestior imminet, viget, ac pre-  
 cui frequentius etiam succubimus? quare  
 Celsianus ita concludit: *Evidenter monstratur non posse*  
*quemquam PERFECTIONIS finem ac puritatem con-*  
*gere, nisi per humilitatem veram, quam primum*  
*tribus reddens. Deo quoque in penetralibus conu-*  
*beat: credens sine protectione eius atque auxilio, per-*  
*gula sibi momenta delato, PERFECTIÖNEM quam*  
*perit, & ad quam magnopere currit, se penitus ob-*  
*non posse. Sed de hoc argumento toto prior*  
*bro egimus copiosius: eius enim finis eo magis*  
*me tendit, ut quisque cognoscat, omnia qua-*  
*PERFECTIONEM requiruntur, siue naturalia*  
*ue naturam excedentia, à Deo rerum omnium*  
*auctore promanare; in nobis siue in corpore,*  
*ue in animis, praeter morbos, vulnera, impe-*  
*menta, peccata grauissima, post primi parentis*  
*lapsum, laude dignum nihil esse reliquum.*

*Lib. 12. de  
 instit. Cæ  
 nob. ca 23.*

134. Ultima ratio est, quod qui ingenio potentiaque pollent, atque in iis plus æquo confident, eam curam, studium, operam, & diligentiam rebus promouendis nequaquam adhibent, quã deberent; & sæpe securi in vitamq; aurem dormiunt, dum ipsis esset ad laborandum, periculis maxime impendentibus: eo quod, sua potentia atque industria freti, arbitrentur neminem patrem esse, qui sibi obstare audeat; si quis defectus interuenerit, non deesse facultates ac modum ea restaurandi quæ exciderint; vires denique ac industriam maiores esse, quam ut vel opprimi vel debilitari possint. Qui autem nihil sibi adscribunt, *omnia tuta timent*; & *qui timet Deum, nihil negligit*. Tempore pacis, qui prudens est gubernator, arma parat, ciuitatis loca munit infirmiora, annonã instruit, ne, inopinato septus, comatu necessario intercludatur. Idem contingit in interna ciuitate mentis: tentatione namque absente Deum Christianus miles inuocat: virtutes parat, Sacramentis se munit, à Deo impetrat vires, arma ac rationes resistendi motibus internis conquirat, verbum Dei audit auidissime, carnem debilitat ieiuniis, corporisque afflictatione; ut calamitatis irruentis tempore, hostis, qua ciuitatem peruadat, non inueniat. Et hi maxime auxilium Dei præsentissimum inueniunt, quod opportuno tempore quæsierunt. Alij temeritatis ac præsumptionis pœnas merito luunt, qui præfidentes suis viribus, rati se semper esse paratos, atque optime instructos, nihil præparant; & cum tempestas aduenerit,

4. Ratio.

Ecc. 7.  
Simile.

aut

aut aliquid agendum fuerit, cui omnino in-  
res sint, confusione suffunduntur, cadunt  
turpiter, tum vt nimia confidentia, cum  
ferre agnoscant, tum vt se nihil sine Deo  
posse, licet inuiti, fateantur.

*Dissidens  
sibi, speret  
in Deo.*

*Desperatio  
nis culpa  
spei con-  
traria.*

235. Hæc in spei virtute pars vt difficilior,  
nobis copiosius tractari debuit: si enim ex parte  
nostra nihil desit, non deerit ex parte Dei:  
propensior paratiorque est ad dandum atque  
pitulandum, quam simus ad petendum, ac  
accipiendum. quare à dissidentia Dei, quæ  
extremo, nobis cauendum; non ea, inquam,  
infirmi- tatem nostram concernit, (nam in  
tutis laus est maxima, & humilitatis prole-  
mogenita) sed cauendum ne de Dei diffiden-  
bonitate, potentia, beneuolentia, quod sine  
iuria eius admittere non possumus. Tanta  
esse debet, & si fieri potest, etiam maior, anti-  
generosi erectio in Deum, quanta fuerit in  
opinionem viriumque imbecillitate deprecia-  
quas partes si æqua lance libraueris, spei, ex-  
cellens acquirendæ PERFECTIONIS instrum-  
tum, consequeris; vbi vero pondus ineguale  
& vel nimium nobis tribuimus, vel minus  
Dei bonitate stabilimur ac firmamur, perpetuo  
fluctuat animus, & modo præsumptionis ve-  
attollimur, modo pusilli animi desperatione  
deicimur.

*Tractat.  
33. in Euãg  
Ioan.*

Hanc fluctuationem egregie depingit D. Au-  
gustinus, simul remedium adferens. Ex ver-  
ait, homines periclitantur, & sperando, & desperando  
contrariis rebus, contrariis affectionibus. Sperando quæ-

incipitur? Qui dicit: Bonus est Deus, misericors est Deus  
 faciam quod mihi placet, quod lubet: laxem habnas  
 cupiditatib. meis, impleam desideria anime mee. Qua-  
 re hoc? Quia misericors est Deus, bonus est Deus, mis-  
 ericors est Deus. Spe isti periclitantur; desperatione autē  
 qui cum inciderint in graua peccata, putantes sibi non  
 posse iam ignosci pœnitentibus, & statuentes se ad dā-  
 nationem sine dubio destinatos, dicunt apud semetipsos:  
 iam damnandi sumus: quare non, quod volumus faci-  
 mus? animo gladiatorum ferro destinatore. Ideo mo-  
 lesti sunt desperati: iam enim quod timeant nō habent,  
 & vehementer timendi sunt. Istos desperatio necat spes  
 illas. Inter spem & desperationem fluctuat animus. Me-  
 tuendum est, ne te occidat spes: & cum multum speras  
 de misericordia, incidas in iudicium: metuendum est  
 rursum ne te occidat desperatio: & cum putas iam tibi  
 non ignosci quæ graua commisisti, non agas pœnitentiā,  
 & incurras in iudicem Sapienciam, quæ dicit, Et ego ve- *Prov. 1.*  
 stra perditioni superridebo. Quid ergo agit Dominus cū  
 periclitantibus utroque morbo? Illis qui spe periclitan-  
 tur, hoc dicit: Ne tardes conuerti ad Dominum, neque *Eccl. 5.*  
 differas de die in diem: subiro enim veniet ira illius, &  
 in tēpore vindictæ disperdet te. Illis qui desperatione pe-  
 riclitantur, quid dicit? In quacumque die iniquus con- *Ezech. 18.*  
 uersus fuerit, omnes iniquitates eius obliuiscar. Propter  
 illos ergo qui desperatione periclitantur, proposuit in-  
 dulgentiæ portum: propter illos qui spe periclitantur, &  
 dilationibus illuduntur, fecit diem mortis  
 incertum. Hæc Augusti-  
 nus.